

ab omnibus hoc audientibus infernum collacedabitur et  
fama vestre bonitatis per hoc exaltabitur. Fecistis enim  
quod facere debuistis cum secundes post dominum papam  
locum beati Petri obtineatis, post dominum imperatorem  
maior in imperio sitis. Vestram igitur cum quanta posse-  
mus affectione rogamus, quatinus quod bene incepistis fine  
debito terminare velitis et pecuniam quam duci reddidi-  
mus nobis reddi quoad possestis faciatis. Voluntatem itaque  
vestram et placitum vestrum nobis significetis certissime  
scientes quod nos ad omnem vestram voluntatem faciendam  
promptissimos invenietis. Nobis eciam si placet aliquem  
parentum vestrorum clericum sine laicum mittatis, et cum  
vestre dilectionis intuice ita promovere iurabimus, quod  
dilectionem nostram erga vos non minimam sentiatis.  
Existente me ipso apud Chinon. xxv die Ian.

Eodem anno defunctus est dominus Magnus vene-  
rabilis